



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XXIII. Diebus dominicis non licet alicui, nisi summo pontifici, in
subdiaconum aliquem ordinare, nec in vigilia pentecostes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

re, & etiam dispensatiue, si perfectæ vitæ & conuersatio-
nis fuerit in presbyterum ordinare. Subdiaconum au-
tem, siue homines interfecit, siue non, non posse matri-
monium contrahere, sacrorum Canonum censura de-
monstrat. Parochianos autem tuos, ad soluendas decimas
Exod. 22.
Leuit. 27.
Nom. 18.
Deut. 12.
14. 16.
ecclesiis, quibus debent, ecclesiastica debes seueritate
compellere, quod cum decimæ non ab homine, sed ab
ipso Deo sint institutæ, quasi debitum exigi possunt.

C A P. XXII.

Idem Lucius tertius Turonensi archiepiscopo.

Ad aures nostras te significante peruenit, quod reli-
giosi quidam zelum Dei habentes, ad superiores deside-
rant ordines promoueri, putantes maius præmium cumu-
landum, quo in maioru gradu positi, sublimius officium
fuerint executi: sed prælati eorum desideriis contradic-
unt; ideoque tua duxit fraternitas requirendum, an in
inferioribus ordinibus constituti, iuxta beneplacitum præ-
latorum suorum, quibus promotio displicet, a superioribus
debeant abstinere, an valeant, prælati suis reniten-
tibus, promoueri. Tuæ ergo quæstioni respondemus, quod
honestius est & tutius, subiectos, debitam præpositis obe-
dientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire.
quam in præpositorum scandalum, gradum appetere di-
gniorem. Nec est in hac parte subiectorum desiderium
confouendum: quoniam esse potest, ut prælati secreta eo-
rum commissa nouerint, ex quibus constat eis, quod salua
nequeunt conscientia sublimari: quia non in sublimitate
graduum, sed in amplitudine meritorum caritatis, acqui-
ritur regnum Dei.

C A P. XXIII.

Item Alexander tertius Bathoniensi episcopo.

Subdiaconos * autem nullis, nisi Romano pontifici, li- * alia
cet in diebus dominicis ordinare, quamuis Deo dicatas
virgines consecrandi, & minores ordines licentiam ha-
beant conferendi. Sabbato quidem pentecostes non licet
alicui sacros ordines celebrare, cum in sequenti septimana,
recepta sancti Spiritus gratia, celebrentur.